



25

1764,3

3

R. 194
ORDINIS IVRIDICI
IN
ACADEMIA IULIA CAROLINA
DECANVS
D. IO. FRIDERICVS EISENHART
VIRI
PRAESENBILISSIMI ATQVE CONSULTISSIMI
IOANNIS CHRISTIANI REINHARD
ACADEMIE IULIAE CAROLINA SECRETARII
ET FACULTATIS IVRIDICAE
ADIVNCTI
SOLEMNIA IN AVGVRALIA INDICIT
SIMVLQVE
DE
NATVRA ET INDOLE COMMVNIONIS BONORVM
INTER CONIVGES TACITE INITAE
PAVCA DISSERIT.



ACADEMIA LIVIDA
ACADEMIA LIVIDA CAROLINA
HOGANUS
D. I. T. H. S. H. R. E. D. N. I. C. T.

SCAMANDRUS
SCAMANDRUS

SCAMANDRUS
SCAMANDRUS

SCAMANDRUS
SCAMANDRUS

SCAMANDRUS
SCAMANDRUS





communionem bonorum coningalium,
quae nihil aliud est , quam ius quo
vel bona vniuersa vtriusque coniugis,
vel pars eorum consummato matri-
monio , ita communia fiunt , vt ea
constante matrimonio pro indiuiso possideantur , pro
diuiso autem soluto matrimonio communia sint , tac-
te quoque initri posse , extra omne dubium positum

A 2

est.

est. Hoe autem semper fieri solet, si coniuges in eiusmodi provinca vel loco vbi illa lege vel consuetudine recepta est, matrimonium absque tabulis nuptialibus contrahunt, et matrimonium inituri contrarium non paciscuntur, tunc enim bonorum inter coniuges communionem statuto vel moribus semel introductam, adprobasse, et iuri statutario vel consuetudinario se subiecisse censentur. Interim tamen obseruandum est, solam habitationem in loco vbi communio bonorum inter coniuges obtinet, ad eam constituendam nondum sufficere, siquidem inter eas personas quae in municipio, vbi ea in usu est, habitant, sed vel ex singulari priuilegio a magistratus municipalis iurisdictione exemptae sunt, vel suos magistratus habent, vel domino territorii subsunt, nunquam tacite contrahitur, licet ibi matrimonium ineant. Quum enim requiratur, ut is qui ex statuto loci rerum hereditiarum possessionem consequi iisque iuribus suui vult, quae ex communione bonorum fluunt, cuius loci sit, sequitur ut inter coniuges qui iurisdictioni magistratus municipalis non subiecti sunt, nulla tacite contrahatur eommunio bonorum, sed eorum successionem secundum ius provinciae aut commune pactis nuptialibus non extantibus esse determinandam. Sola enim habitatio neminem ciuem facit, sed ad subjectionem et fori competen-

tentiam in personalibus domicilii constitutio requiritur,
e. 20. *X. de for. competent.* GAILIVS Lib. II. ols. 35.

Alia autem quaestio est, an haec inter coniuges tacite inita bonorum communio, ad bona immobilia alibi sita se extendat? Sunt qui hoc negant et pro ratione adducunt, quod intuitu bonorum immobilium semper iura et statuta illius loci attendenda sint, vbi sita sunt, vid. STRYCK de S. A. I. Diff. I. c. IV. §. 2. ENGAV in element. iur. german. Lib. I. tit. 16. §. 372. quam sententiam ius Romanum confirmare videtur, L. I. 2. C. vbi in rem ad. L. en. C. vbi de heredit. agat. Ex hoc autem colligunt, ius hereditarium coniugi superstiti ex statuto communionem bonorum adprobante, competens, tantum ad ea pertinere bona quae sunt sub loco statuti, extra hunc autem sita sub bonis communibus non comprehendendi, sed in iis secundum iura loci vbi sita sunt, successionem determinandam esse. Sed re penitus perspecta, facile haec dubia remoueri possunt. Communio enim bonorum uniuersalis, omnia bona, iis tantum exceptis, quae liberae coniugum dispositioni non subsunt, tam praesentia quam futura comprehendit, adeoque distinctio an in loco domicilii an alibi sita sint, merito reicienda est. Quum enim illa bona quae extra domicilium coniugum

gam sita sunt, etiam eorum dispositioni subsint, recte sequitur, ut coniuges, deficientibus pactis nuptialibus ratione eorum tacitam quoque inierint communionem, vid. ILL. BÖHMER de iurib. et obligationib. coniug. superfluit. ex communione. honor. vniuersal. §. 10. Oritur enim eiusmodi communio bonorum non tam ex statuto, quam tacita coniugum conuentione, cui lex statutaria adficit, immo pro coniugibus praesumtio militar, quod iura sua in bonis ex legibus domicilii censeri velint. Accedit et alia ratio, quod in successione coniugum iura domicilii iuribus rei sitae semper praferenda sint, vt solide ostenderunt B. MENCKEN in diff. de statut. ciuitat. provincial. in succession. ab intestat. ad bona etiam alibi sita secund. ius civil. extendendis, et PUFENDORFF obseruation. iur. T. I. obs. 28. §. 8. Enimvero cum heres defuncti personam repraesenter, sequitur ut etiam iura fori domicilii agnoscere debeat, siquidem alias maxima oriri posset confusio, si contingum successio secundum diuersorum locorum iura determinanda esset.

Mentio quoque iniicienda est nominum, an etiam ad ea communio bonorum vniuersalis inter coniuges tacite inita extendenda sit? Secundum iuris Romaniani placita hoc negandum esse videtur, quia in eo no-

mina

mina tertiam bonorum speciem a mobilibus et immo-
bilis separaram constituere dicuntur. Clare hoc
adparet ex L. 79. §. 1. D. de legat. 3. vbi CELSVS ait:
*His verbis: quae ibi mobilia mea erunt do lego, num-
mos ibi repositos, ut mutui darentur, non esse legatos.*
Proculus ait: *at eos quos praefidii causa repositos habet,*
(ut quidam bellis ciuilibus factitassen) eos legato conti-
neri: et audisse se rusticos senes ita dicentes pecuniam si-
ne peculio fragilem, peculum appellantes, quod praefidii
causa seponeretur. Conspirant cum his L. 7. §. 4. D. de
pecul. L. 15. §. 2. D. de re iudicat. Ex his autem colligi
potest, sub bonis communibus tantum mobilia et im-
mobilia contineri, nomina autem seu debita excepta
videri. Fingamus nunc coniugum alterutri fundum
in alieno territorio, vbi communio bonorum vniuersali
ignoratur, oppignoratum esse, quid igitur sta-
tuendum erit, si illo defuncto superstes bona duran-
te matrimonio communia sibi vindicare velit? Et sa-
ne ius hypothecae quod defuncto coniugi competen-
bat, ex obiecto aestimandum esse videtur, quod cum
bonum immobile fuerit, ipsa quoque hypotheca pro
immobili haberri debet. Hinc sequi viderur, vt si sta-
tuta loci vbi eiusmodi bona immobilia oppignorata si-
ta sunt, de communione bonorum vniuersali inter con-
iuges

iuges nihil disponant, superstes quoque coniux fun-
dum defuncto coniugi oppignoratum sibi vindicare ne-
queat.

Sed facile haec quoque dubia profigari possunt.
Quod enim ad nomina attinet ea omnino in classem
mobilium veniunt. Cum enim pecunia rebus mobilibus
annumeranda sit, actio quae ad illam petendara
institui potest, pro re mobili habenda est. Consent.
PAULVS IV RECONSULTVS L. 15. D. de diuers. Reg.
jur. inquiens: *qui actionem babet, ad rem recuperan-*
dam, ipsam rem habere videtur. Pariter extra omnem
dubitacionis aleam positum est, iura et obligationes
in bonis esse, ceu clare patet ex L. 49. D. de Verb. Si-
gnificat. vbi VLPIANVS ait: *aequo bonis adnumerabitur,*
stiam si quid est in actionibus, petitionibus, persecutioni-
bust. Nam huc omnia in bonis esse videntur. Iam vero
cum communio bonorum cuiusvis alius omnia bona affi-
ciat, facile patet eam quoque ad nomina iura et obli-
gationes pertinere. Accedit et alia ratio, quae in eo
consistit, ut in debito hypothecario pecunia quae de-
betur obiectum sit, cuius gratia nomen contrahitur et
pignora constituuntur, monente **LEYERO Sp. 26. m.**
g. adeoque ex ea ius ipsum diiudicandum est, non ex
illa quae accessorie saltem et minus principaliter tan-
quam

quam pignus interuenit. Conspirant quoque hac in re quamplurima locorum statuta, quae exhibet, HOFFMANN in *diff. de communion. honor. vera natur.* §. 3. n. 4. ex quibus apparet, omnes facultates, atque opes omniaque bona in commercio coniugum existentia tam praesentia quam futura, tam ex contractibus inter viuos quam ultimis voluntatibus obuenientia, immo etiam nomina activa et passiva, hanc bonorum communionem continere.

Anceps quoque quaestio est, an communio bonorum facite inter coniuges inita tollatur, coniugibus domicilium transferentibus ex loco in quo communio honorum coniugalium vigeret, in alium ubi ea ignoratur? Non desunt rationes pro sententia negativa militantes. Enimuero per communionem bonorum facite semel initam, bona coniugum indissimilitudine reddita esse videntur, vid. MEVIVS P. IX. d. 157. adeoque ea semper retinere communium bonorum naturam. Deinde cum communionis huius effectus in eo constat, ut utique coniugum ius reale in bonis communibus consequatur, prono alioe fluere videntur, ut neuter coniugum alteri hoc ius factio suo auferre possit; Licet enim vxor maritum sequi teneatur, tamen eiusmodi domicilii mutatio minus damnosa ei esse debet,

bet, cum mutatio domicilii tantum quoad actus futuros non autem quoad actus praeteritos a statutis soluat.

Sed bene obseruandum est, quod omnia pacta ineantur, rebus sic stantibus, hinc nullum dubium est, quin eiusmodi communio bonorum iterum tollatur, mutato domicilio, siquidem statuta quae communionem bonorum coniugalium probant, neutiquam instar legis prohibitiuae habenda sunt, sed coniuges mutuo quoque dissensu ab ea recedere possunt, immo mutato domicilio eorum iura secundum noui domicilii, quod sibi elegerunt iura aestimanda sunt. Aliud dicendum, si pacto expresso communionem bonorum stabiluerunt, hinc utique ius quae situm quod utriusque coniugi ex iis competit, etiam facta domiciliū mutatione durat.

Animus mihi quidem fuit plures proferre de hac materia quaestiones, sed temporis et loci huius spatio exclusus, non diutius id, cuius causa hanc adornauit scriptiōnēm differre decet. Nimirum indicenda est solennis Dissertatio

VIRI

88 (II) 88

VIRI PRAENOBILISSIMI ATQVE
CONSULTISSIMI
IOANNIS CHRISTIANI REINHARDI
ACADEMIAE IULIAE CAROLINAE SECRETARII
ET FACULT. IVRID. ADIVNCTI,
MERITISSIMI

qui quam bene meritus ad summos in utroque iure
honores adspiret, ex vitae cum laude peractae curri-
culo, quod more consueto exhibuit, appareret:

Quod Laelius apud Ciceronem diserte monet, di-
gnos esse tantum eos, amicitia, quibus inesset causa, cur
diligentur, hoc prefecto mibimet alta mente repositum
manet, cum memoriam desideratissimorum parentum oc-
casione curriculi vitae meae scipionis reuelarem longe
gratissimam. Mibi enim felicitas contigit, a parentibus
oscuram huius lucis accepisse, qui ad omne studium enite-
bantur, ut recta via educaverer, qua in re maxima confi-
dit ratio, ob quam parentibus praeprimis amicitiae vis-
culo bauit infucato obstringamur; ut si ego iure meo sie-
sentiam dissentientem habeo certe cordatiorem omni-
no neminem. Patre usus sum IOANNE REINHAR-
D O, ex pago Burgauio ad Salam propter Ienam pa-

rentibus varicolis ibidem degentibus oriundo, Tubicinae
 postea facto in aula Blancoburgenſi D. LVDOVICI
 RUDOLPHI DV CIS BRVNSVICENSIVM AC LV-
 NEBURGENSIVM ad immortalitatem glorioſae memo-
 riae, qui eum post ſucepti regiminis initium Guelphby-
 tum A. MDCCXXXI. confeſſet, parens eodem munere
 in aula Guelphbytana ad annum usque MDCCXXXV
 functus fuit. Matrem babui dulcissimam REGINAM
 SOPHIAM LOEBERIAM, quae oppidum Lobedae ſimi-
 ter propter Ienam ſitum natale babuit ſolum, in quo auus
 maternus Adiuncti, ſeu pro more loquendi Superintenden-
 tis ſpecialis prouinciam tenebat. Blancoburgi cum XXIV
 Novembr. A. R. S. MDCCXVII hanc vitam saluta-
 rem, a teneris annis manuſtione domeſtico optimorum
 parentum ſtudio fruebar. Hisce primordiis bonarum arti-
 um imbutus earundem quaſi incubatulis continebar, usque
 ad A. MDCCXXVII ex quo Blancoburgenſium ſcholae ſe-
 natoriae alumnis annumerabar, in qua SIGLINGII Con-
 vectoris viri probi iuſtitione uſus sum. Quibus cum per
 aliquot annos tempus impenderem A. MDCCXXX effla-
 gitante parentum cura, quo me post paſchale festum Wer-
 nigerodam conuerterem ſtudiis ibidem ducentibus Rectore

EVSTA-

EVSTASIO, Correctore CAROLO SCHÜTZIO incubui.
 Anno vero MDCCXXXV ad Guelpherbytanum accessi Ly-
 ceum. Nec ibi mibi defuere viri et probitatis et doctrinae
 laude conspicui, quibus ducibus bonarum artium studium
 sectabar, Rectore CORDESIO et Correctore SALIGIO
 quorum institutionibus tam diu fretus usque dum men-
 se Martio A. MDCCXXXVII Helmstadium invicerem:
 hic vero scholasticis studiis finem imponerem. Anno
 MDCCXXXIX albo ciuium academicorum Vicerectore
 Magnifico B. PETRO GERIKE inscribebar. Mox adi-
 tus patebat, tam publicis quam priuatis interesset praele-
 ctionibus mathematicis et philosophicis Celeberrimi et post
 fata etiam venerandi IOANNIS NICOLAI FROBESII.
 Iactis tanto viro duce solidiorum scientiarum fundamentis
 baut aliter armis instructo consilium aderat descendendi in
 campum totias iurisprudentiac amplissimum. Faces pree-
 ferebant, IOANNES PAVILVS KRESSIVS, IOANNES
 GVIELMVS DE GOEBEL, et FRANCISCVS CARO-
 LVS CONRADI quos praeceptorum in quavis iuris parte
 nomine insignire in deliciis habeo, at memoria eorum aqua
 eruditos nunquam erit intermoritura.

Superato academico scientiarum curriculo in fore
sum caussas dicere coepisse, anno qui tunc agebatur
MDCCXLV collegii Ictorum Actuario emerito adiunge-
bar, eoque vita defuncto A. MDCCXLIX. Actuarii vices
plenarie collatas accipiebam. Intervicto aliquot annorum
Spatio nempe A. MDCCLI pro obtainenda in foro academi-
co agendi caussas licentia, explorationis instituendae pro-
fectuum in iure factorum ergo quæstiones fustinui B. TOP-
PII et B. MENCKENII Ictorum et Fautorum aeternum
calendorum. Quo peracto negotio Prorectore Magnifico
D. BERTLINGIO publico diplomate receptus fui. Nec
desuit porro summi Numinis singularis præsipientia quæ
omnibus consiliis auspicio adfuit. Ultima enim Ianuarii
MDCCLXI huius Academiae Secretarius ut aiunt factus,
postmodum d. XVIII Aprilis eiusdem anni Ictorum colle-
gio ex decreto et iussu clementissimo SERENISSIMI PRIN-
CIPIS ET DOMINI, DOMINI CAROLI DUCIS
BRUNOVICENSIVM AC LVNESVRGENSIVM, MA-
GNANIMI GLORIOSISSIMI, MVTATORIS HVIVS
ACADEMIAE ET OMNIVM SCIENTIARVM INDVL-
GENTISSIMI CVIYS ne cogitanda quidem gratia bene-
ficium adsequar, adscriptus fui. Si quid maius bonivi
sucum-

encubat, quam quod sibi commendatum habeat beneficiorum Dei, memorem esse innumerabilem; deinde vero amicitiam recolere parentum dulcissimam et amicorum memoriam, ego certe bac occasione idem publice profiteri sanctissimum esse duxi.

Ad summos itaque in utroque iure honores aspirans, desiderio eius honestissimo annuentes lubentissime diem examinibus consuetis diximus, in quibus talem etiam se praestitit Vir Consultissimus, quem sperabamus, ita, ut nulli dubitaremus promerita eruditio praemia ei decernere, eumque voti sui copotem facere. Nihil iam ad rite obtinendos honores doctorales, superest, quam ut pro aditu ad supremos in utroque iure honores sibi concedendo, publice rituque solemni disputationem quam inauguralem vocant, instituat. Fiet hoc d. xxxi huius mensis, quem praefide dissertationem inauguralem, *de pactis dotatibus ob superuenientiam liberorum haut tollendis*, habebit. Ut igitur hunc actum, **MAGNIFICVS ACADEMIAE PRORECTOR, ILLVSTRISSIMVS COMES, PATRES ACADEMIAE CONSCRIPTI, HOSPITES,**

CIVES

22 (16) 22

CIVES GENEROSISSIMI, NOBILISSIMI praeſentia
ſua honorifica exornare velint, humaniſime et per-
officioſe rogo. P·P· Helmstadii Saxonum
d. xxx Decembr. MDCCCLXIV.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-845999-p0018-5

ULB Halle
005 350 883

3



WIP

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

<